



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 vtrum aliqui debeant arceri ab officio aduocati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



præfenti necessitati succurrat. Vnde dicitur 1. Ioan. 3. Qui uiderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauerit uiscera sua ab eo &c. Sub dicitur: Vel quarumlibet rerum, quia homo sibi coniunctis quacumque necessitudine maxime debet curam impendere, sicut illud 1. ad Timoth. 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, si dem negauit. Quibus tamen cõcurrentibus considerandũ restat, utrum aliquis tantam necessitatẽ patiatur, quã non in promptu appareat, quõ aliter ei subueniri possit uel per seipsũ, & in tali casu tenetur ei opus misericordie impendere. Si autem in promptu appareat, quõ aliter ei subueniri possit uel per seipsũ, uel per aliam personam magis cõiunctam, aut maiorem facultatẽ habentem, nõ tenetur ex necessitate indigentis subuenire, ita quõ nõ faciendo peccat, quamuis si subuenierit absq; tali necessitate, laudabiliter faciat. Vnde aduocatus nõ tenetur semp̃ causa pauperũ patrociniũ præstare, sed solum concurrentibus conditionibus prædictis: alioquin oporteret eũ oia alia negotia præmittere, & solis causis pauperũ iuandis intendere. Et idem dicendum est de medico, quantum ad curationẽ pauperũ.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quõ quando a finis iacet sub onere, non potest ei aliter subueniri in casu isto, nisi per aduenientes subueniatur: & ideo tenetur iuuare. Nõ autem tenentur si possent aliunde remedium afferri.

**AD SECVNDVM** dicendum, quõ homo talentum sibi traditum tenetur utiliter dispensare, seruata opportunitatẽ locorũ, & tẽporũ, & aliarum rerum, ut dictum est.

**AD TERTIVM** dicendum, quõ non qualibet necessitas causat debitum subueniendi, sed solum illa, quæ est dicta.

ARTICVLVS II.

*Utrum conuenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio aduocandi.*

**AD SECVNDVM** sic procedit. Videtur, quõ inconuenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio aduocandi. Ab operibus. n. misericordie nullus debet arceri: sed patrociniũ prestare in causis ad opera misericordie pertinet, ut dictum est. ergo nullus debet ab hoc officio arceri.

¶ 2. Præter. Contrariarum causarũ non uidetur esse idem effectus: sed esse deditum rebus diuinis, & esse deditũ peccatis, est contrariũ.

**A** inconuenienter ergo excluditur ad officio aduocati, quidam propter religionem, ut monachi, & clerici: quidam autem propter culpam, ut infames, & hæretici.

¶ 3. Præter. Homo debet diligere proximum sicut seipsum: sed ad officium dilectionis pertinet, quõ aliquis aduocatus causæ alicuius patrocinetur: inconuenienter ergo aliqui, quibꝰ cõceditur pro seipsis autoritas aduocationis, prohibentur patrocinari causis aliorum.

**S**ED CONTRA est, quõ 3. q. 7. multæ personæ arcentur ab officio postulandi.

**R**ESPON. Dicendum, quõ aliquis impeditur ab aliquo actu duplici ratione. Vno modo propter impotentiam, alio modo propter indecentiam: sed impotentia simpliciter excludit aliquem ab actu: indecentia autem non excludit omnino, quia necessitas indecentiam tollere potest. Sic ergo ab officio aduocatorum prohibentur quidam propter impotentiam, eo quõ deficiunt sensu, uel interiori, sicut furiosi & im puberes: uel exteriori, sicut surdi, & muti. Est enim necessaria aduocato & interior peritia, qua possit cõuenienter iustitiam assumptæ causæ ostendere: & iterum loquela cum auditu, ut possit pronunciare, & audire quod ei dicitur. Vnde qui in his defectũ patiuntur, omnino prohibentur ne sint aduocati nec pro se, nec pro alijs. Decentia autẽ huius officij exercendi tollitur dupliciter. Vno modo ex hoc, quõ aliquis est rebus maioribus obligatus: unde monachos, & presbyteros non decet in quacunque causã aduocatos esse, neque clericos in iudicio sæculari, quia huiusmodi personæ sunt rebus diuinis astrictæ. Alio modo, propter personæ defectum uel corporalem, ut patet de cæcis, qui conuenienter iudicio astare non possent: uel spiritualem. Non enim decet, ut alterius iustitiæ patronus existat, qui in seipso iustitiam contempnit, & ideo infames, infideles, & dånari de grauibz criminibus non decet sunt aduocati, tñ hmõi indecentiæ necessitas præfertur. Et pp hoc hmõi personæ pnt pro seipsis, uel pro personis sibi coniunctis uti officio aduocati. Vnde & clerici pro ecclesijs suis possunt esse aduocati, & monachi pro causa monasterij sui, si abbas præceperit.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quõ ab operibus misericordie interdũ propter indecentiam impediuntur aliqui, & aliqui propter impotentiam. Non enim omnia opera misericordie omnes decet: sicut stultos non decet consilium dare, neque ignorantes docere.

**AD SECVNDVM** dicendum, quõ sicut virtus corrumpitur p̃ superabundantiã, & defectum: ita aliquis fit indecens & per maius, & per minus. Et propter hoc quidam arcentur a patrociniũ prestando in causis, quia sunt maiores tali officio, sicut religiosi, & clerici: quidam uerõ, quia sunt minores quã ut eis hoc officium competat, sicut infames, & infideles.

**AD TERTIVM** dicendum, quõ non ita imminet homini necessitas patrocinari causis aliorum, sicut proprijs: quia alij possunt sibi aliter subuenire. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS III.

*Utrum aduocatus peccet, si iniustam causam defendat.*

**AD TERTIVM** sic proceditur. Videtur quõ aduocatus non peccet, si iniustam causam defendat. Sicut enim ostenditur peritia medici, si infirmitatem

curant discernere, & penetrare, an iustam, uel iniustam causam suscipiant, manifeste negligunt scire, quõ tenentur scire. Qui autem ex contingentibus nihil omittunt tuti incedunt, etiam si errant.

¶ Super

3. q. 7. ca. infames

h. & hoc non: quia illa est a parte ad totum, aliam iustitiam p̃secio. Amplius, qui tenentur ex præcepto iustitiæ obviare iniustis, uel operibus, si hoc cum possunt non faciunt, tenentur ad reformationem: sed ut dicitur in quæstione 1. author dicit, tunc solum non obuias tenentur ad reformationem, quando ex officio tenentur obviare. Aduocatus autem non ex officio, quia non est publicus officialis: sed ex arte aduocandi debet de opera iustitiæ subuenire. Non tenetur ad reformationem non subueniendo, nec reus est iniustitiæ propter dampnum notabile, quod pauper incurrit.

¶ Ad tertium dicitur, quõ iura efficiunt, quõ dicitur pauperi aduocatus non tamen quõ dicitur gratis seruiat, sed de publico arario merces sibi dari debet, si pauper non potest solvere. Et aduocatus reuincit gratia patrocini.

¶ Super quæst. septima. q. prima. articulum secundum & tertium.

**I**N articulo. & tertio, nihil occurrit scribendum, nisi quõ in tertium articulo memineris ignorantiã excusare, quãdõ est causa actus: & non est peccatum. Et uocatur ignorantiã causa actus, quando si sciuisset, non fecisset. Est quoque sine peccato, quando est alicuius circumstantie, quam non potest, aut non tenetur scire: & si tenetur scire, non fuit negligens ut sciret. Et licet ampliando ad aduocatum peccare poteris h. excusatiõ est a defendendo iniustã causam ignoranter. Qui enim omnino defendit, sicut iustam, siue iniustam, quamuis nesciant iniustam non ex ignorantia, sed cum ignorantia, quæ non excusat, patrociniatur iniuste, qui etiam non